



# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma

---

Año LII.

10 DE ABRIL DE 1911

Núm. 5.

---

SUMARIO.—Delegación de Capellanías: Edictos acerca de capellanías fundadas en Noviercas y Berzosa.—Liga nacional de Defensa del Clero.—Cuestionario para las Conferencias eclesiásticas.—Anuncio.

---

NÓS EL LIC. D. EDUARDO NÚÑEZ VÁZQUEZ,  
*Provisor y Vicario General y Delegado General de Capellanías y fundaciones piadosas de la Diócesis de Osma en virtud de nombramiento hecho por el Ilmo. y Rvmo. Señor Dr. D. Manuel Lago y Gonzalez, Obispo de la misma por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, etc.*

Hacemos saber: Que, habiendo acudido á esta Delegación D. Juan Millán Romero, vecino de Noviercas, por medio de solicitud en que pide la conmutación de los bienes pertenecientes á la Capellanía familiar fundada por D. Francisco Millán y su mujer D.<sup>a</sup> Juana Hernández en Noviercas, hemos acordado por decreto del día de la fecha publicar el presente edicto, citando llamando y emplazando á cuantos tengan derecho á ejercer el patronato activo y preferentemente á los que, como descendientes del fundador, pudieren disfrutar el pasivo, para que en el término de treinta días, á

contar desde la inserción de este edicto en el BOLETÍN de este Obispado, comparezcan á ejercitar la acción que crean corresponderles, para lo cual deberán presentar los documentos siguientes: 1.º Fundación de la capellanía ó certificado fehaciente de la misma; 2.º Arbol genealógico donde aparezca claramente el parentesco de los interesados con el fundador, y testimonio de las partidas de bautismo que lo demuestren; 3.º Certificación de la renta líquida que los expresados bienes hayan producido en el último quinquenio, y 4.º Documento justificativo del estado en que se halle el cumplimiento de las cargas eclesiásticas; con apercibimiento de que, transcurrido el plazo señalado, les parará le perjuicio á que hubiere lugar, á los que no se presentaren para hacer valer su derecho en la forma dicha, procediéndose por esta Delegación á determinar lo que corresponda.

Dado en el Burgo de Osma, á trece de Marzo de mil novecientos once.—*Eduardo Núñez Vázquez.*—Por mandado de S. S., *Antonio García Escudero.*

---

NÓS EL LIC. D. EDUARDO NÚÑEZ VÁZQUEZ,

*Provisor y Vicario General y Delegado General de Capellanías y fundaciones piadosas de la Diócesis de Osma en virtud de nombramiento hecho por el Ilmo. y Rvdmo. Señor Dr. D. Manuel Lago y González, Obispo de la misma por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, etc.*

Hacemos saber: Que habiendo acudido á esta Delegación D. Miguel Miranda, como marido de D.<sup>a</sup> Clara Ledesma Viciosa, vecinos de Noviercas, por medio de solicitud en que pide la commutación de los bienes pertenecientes á la Capellanía familiar fundada por doña Margarita Ledesma Alvaro en Noviercas, hemos acordado por decreto del día de la fecha publicar el presente edicto, citando, llamando y emplazando á cuantos tengan derecho á ejercer el patronato activo y con

preferencia á los que como descendientes de la fundadora pudieran disfrutar el pasivo, para que en el término de treinta días á contar desde la inserción en el BOLETÍN de este Obispado, comparecerán á ejercitar la acción que crean corresponderles y para lo cual deberán presentar los documentos siguientes: 1.<sup>º</sup> Fundación de la Capellanía ó certificado fehaciente de la misma; 2.<sup>º</sup> Arbol genealógico donde aparezca claramente el parentesco de los interesados con la fundadora, y testimonio de las partidas de bautismo que lo demuestren; 3.<sup>º</sup> Certificación de la renta líquida que los expresados bienes hayan producido en el último quinquenio; y 4.<sup>º</sup> Documento justificativo del estado en que se halle el cumplimiento de la cargas eclesiásticas; con apercibimiento de que, transcurrido el plazo señalado les parará el perjuicio á que hubiere lugar á los que no se presentaren para hacer valer su derecho en la forma dicha, procediéndose por esta Delegación á determinar lo que corresponda.

Dado en el Burgo de Osma á seis de abril de mil novecientos once.—*Eduardo Núñez Vázquez.*—Por mandado de S. S., *Juan Pablo del Amo,*

---

NÓS EL LIC. D. EDUARDO NÚÑEZ VÁZQUEZ,

*Provisor y Vicario General y Delegado General de Capellanías y Fundaciones piadosas de la Diócesis de Osma en virtud de nombramiento hecho por el Ilmo. y Rvdmo.*

*Sr. Dr. D. Manuel Lago y González, Obispo de la misma por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, etc.*

Hacemos saber: Que, habiendo acudido á esta Delegación D. Leoncio Carro y Martín Rejas, vecinos de Berzosa, por medio de solicitud en que piden la commutación de los bienes pertenecientes á la Capellanía familiar fundada por Alonso Fernandez en Berzosa, hemos acordado por decreto del día de su fecha publicar el presente edicto, citando, llamando y emplazando

á cuantos tengan derecho á ejercer el patronato activo y preferentemente á los que como descendientes del fundador, pudieran disfrutar el pasivo para que en el término de *treinta días*, á contar desde la inserción de este edicto en el BOLETÍN de este Obispado, comparezcan á ejercitar la acción que crean corresponderles, para lo cual deberán presentar los documentos siguientes: 1.<sup>º</sup> Fundación de la Capellanía ó certificado fehaciente de la misma: 2.<sup>º</sup> Arbol genealógico donde aparezca claramente el parentesco de los interesados con el fundador, y testimonio de las partidas de bautismo que lo demuestren: 3.<sup>º</sup> Certificación de la renta líquida que los expresados bienes hayan producido en el último quinquenio, y 4.<sup>º</sup> Documento justificativo del estado en que se halle el cumplimiento de las cargas eclesiásticas; con apercibimiento de que, transcurrido el plazo señalado, les parará el perjuicio á que hubiere lugar á los que no se presentaren para hacer valer su derecho en la forma dicha, procediéndose por esta Delegación á determinar lo que corresponda.

Dado en el Burgo de Osma á seis de abril de mil novecientos once.—*Lic. Eduardo Núñez Vázquez.*—Por mandado de S. S., *Juan Pablo del Amo.*

---

### LIGA NACIONAL DE DEFENSA DEL CLERO.

---

*Excmo. y Rdvmo. Sr. Obispo de Osma.*

Muy venerable y amado Prelado en Jesucristo: Vista la favorable acogida, mucho mayor de lo que se pensaba, que ha tenido el pensamiento de crear una Liga Nacional de Defensa del Clero, que ponga límite á la innoble campaña de escarnio, difamación y calumnia que contra nuestra Religión sacrosanta y las sagradas personas de sus ministros constantemente se hace y, salvado este fin, poder atender también en el día de mañana al remedio de la tristísima situación

económica de gran parte del Clero secular y regular; esta comisión organizadora, después de tener desde el comienzo de sus trabajos la venia, bendición y apoyo del Reverendísimo Prelado de esta Diócesis, y contar además, ahora que se trata de la realización del pensamiento, con la bendición, beneplácito y alta aceptación del Reverendísimo Sr. Nuncio de Su Santidad y del Eminentísimo Sr. Cardenal Arzobispo de Toledo, cumple un sagrado deber, á la vez que tiene un gran honor dirigirse á V. E. R. para elevar á su alta consideración las bases generales de la Obra proyectada y suplicarle reverentemente su bendición paternal y su apoyo á la misma.

Estas bases son las siguientes:

1.<sup>a</sup> La Liga Nacional de defensa del Clero, será la unión en la más estrecha caridad, de todo el Clero secular y regular de España, teniendo como punto supremo de inspiración y de fuerza la adhesión inquebrantable á la Santa Sede y la filial veneración y obediencia en cada Diócesis á los Rvdmos. Prelados respectivos, y como base, la fervorosa piedad de todos los hijos amantes de la Iglesia.

2.<sup>a</sup> Sus fines son dos: uno *inmediato*, aplicar, por medio de los recursos y procedimientos jurídicos, la Ley de Imprenta y el Código Penal á los infames ultrajes á la Iglesia y sus ministros; otro, *remoto*: ir formando con lo que sobre después de cumplir el fin anterior, fondos que, sucesivamente creciendo, puedan remediar algo la tristísima situación económica de la Iglesia.

3.<sup>a</sup> La institución proyectada guardará en todo las condiciones esenciales de la Constitución jerárquica de la Iglesia.

Así, a) En cada Diócesis cuando haya núcleo suficiente para ello, se constituirán organismos diocesanos que necesitan permiso del Prelado para su creación, confirmación del mismo para el nombramiento de la

Junta Diocesana, alta inspección de su autoridad que vigile el exacto cumplimiento de los Estatutos de la Institución, y corrija la transgresión de los mismos, y aprobación de las cuentas anuales en la Diócesis respectiva.

b) Los organismos diocesanos, dentro de la unidad de la Institución, gozarán de aquella autonomía tan conforme con la constitución orgánica de la Iglesia, que evita los escollos de la centralización absoluta, y de la separación de fuerzas que deben marchar unidas.

c). Los seglares no tendrán intervención en la marcha directiva de la entidad que se crea; ésta se constituye organicamente por el Clero, entendida esta palabra en su genuina amplitud carónica: clero secular y regular, y éste con todos sus institutos de ambos sexos; y auxiliarmente por los seglares, para que le presten como buenos hijos de la Iglesia, la ayuda moral de su entusiasmo, y la económica del óbolo de su caridad.

4.<sup>a</sup> La Liga Nacional de Defensa del Clero, como entidad colectiva, no tocará ni de cerca ni de lejos el candente terreno de la política. Su esfera está circunscrita, según se ha expuesto, por este círculo preciso: defender por medio de la aplicación de las leyes el honor de la Iglesia y sus ministros; y llenado este círculo aspira á extender su esfera á otro más amplio: remediar la penuria del Clero. Ambos, pues, se hallan en un plano libre por completo de toda actuación política cual conviene á la Iglesia, Madre amantísima de todos.

5.<sup>a</sup> La Liga Nacional de Defensa del Clero funda la cohesión de todos sus miembros en el amor á la Iglesia santa de todos sus hijos; y dentro de este común amor estrecha el fraternal del clero secular y regular de toda España con vínculos tanto mas fuertes, cuanto mayores sean los infortunios que les aflijan ó amenacen.

Estas son, Rvdmo. Sr., las bases generales que regularán el desarrollo de todo nuestro pensamiento, las cuales, puesta la mirada en Dios Nuestro Señor, elevamos respetuosamente á V. E. Rvdma. para que se digne bendecir la santa obra de La Liga Nacional de Defensa del Clero y prestarle su eficaz apoyo, á fin de que pueda prosperar en esa Diócesis encomendada por la Divina providencia á Vuestra paternal custodia.

De V. E. Rvdma. humildes y affmos. s. s. q. b. e. a. p. de V. E. Rvdma.

Por la Comisión Organizadora: *Juan Aguilar Jiménez*, Doctoral de Madrid, Presidente.—*Ildefonso Pelayo Rey*, Abad de Párrocos, Vicepresidente.—*Manuel Luna*, Misionero del Corazón de María.

Madrid, 28 de Febrero de 1911.»

---

## AGENDA IN COLLATIONIBUS ANNI 1911

IN COLLATIONE I DIE XX MENSIS APRILIS

QUAESTIO MORALIS

Irritatio voti quid et quotuplex? Quis potest directe vel indirecte vota irritare? An maritus omnia uxoris vota? An pater vota filiorum ante pubertatem emissa? An fieri possit irritatio sine causa?

### Casus

Aurelia, ut oblatum a patre matrimonium respueret, votum emisit ingrediendi quamdam Sororum Congregationem, et nunquam petendi et acceptandi dispensationem a tali voto. Verum post tres menses, altero matrimonio sibi oblato, bona fide petit et obtinet dispensationem a voto praedictam Congregationem ingrediendi. Post inita sponsalia die matrimonium immediate praecedenti, ad illud secundum votum attenus rem confessario manifestat. Quaeritur. An utrumque votum Aureliae fuerit validum? an opus sit nova dispensatione ad matrimonium ineundum? Quid confessario agendum?

QUAESTIO LITURGICA.

Quid a Rubrica praescribitur circa offertorium et hostiae oblationem? Quomodo fit oblatio hostiae? Quando hostiae minores pro communicando populo ponantur tam super patenam quam in pyxide vel alia parte, quomodo offeruntur et collocantur?

IN COLLATIONE II DIE V MENSIS MAI

QUAESTIO MORALIS

Voti dispensatio quid, et quinam ab eo dispensare possunt? An semper justa requiratur causa ad voti dispensationem? Quae sunt vota Papae reservata?

*Casus*

Augurius parochus dispensare et commutare solet vota fidelium suaे parochiae sive intra sive extra confessionem sacramentalem, ratus hanc sibi competere potestatem tum ob jurisdictionem, quam ipse habet in sua parochia, tum ob aequalem potestatem, qua praeditus est, ex communi Theologorum doctrina dispensandi cum subditis pro casibus particularibus in jejuniis, abstinentia et in operibus die festo prohibitis. Verum dubio exorto de hac agendi ratione, quaerit, an in ea persistere possit. Quid ergo sit dicendum?

QUAESTIO LITURGICA.

Calicis oblatio quomodo facienda et quae vini quantitas apponenda? Quae aquae mixtio, ubi et in qua etiam quantitate facienda? an omitti facile possit et sub gravi adhibenda etiam in Missis de Requiem?

IN COLLATIONE III DIE XIX MENSIS MAI

QUAESTIO MORALIS

Comutatio voti quid est, quot modis fieri potest? Quis potest vota commutare, et quomodo haec facultas interpretanda? An requiratur causa aliqua ad commutandum votum, et quae causa sufficiens erit?

*Casus*

Alphonsus votum emissit perpetuae castitatis; sed optimi matrimonii oblata ocassione, dispensationem pe-

tit a S. Sede matrimonii ineundi, quam certe obtinet. Post annum moritur uxor, et aliud ipsi offertur matrimonium ineundum: hinc anceps quaerit a suo confessario, an nova indigeat dispensatione, et a quo illa petenda sit, in casu affirmativo. Quid confessarius respondebit? An maneat reservatum Summo Pontifici votum castitatis, postquam dispensatio obtenta fuerit ad effectum contrahendi matrimonium?

QUAESTIO LITURGICA

Quid Rubrica praescribit de orationibus. In spiritu humilitatis, veni sanctificator, et de lotione manuum?—Quomodo manus extendendae, elevandae ac jungendae sunt, cum pronuntiantur?

IN COLLATIONE IV DIE VIII MENSIS JUNII

QUAESTIO MORALIS

Qui habet facultatem dispensandi a votis, potestne eadem commutare? An facta commutatione liceat redire ad primum opus, et an sit obligatio primum implendi quando secundum fiat impossibile aut inutile? Commutatio intra vel extra confessionem facienda est?

*Casus*

Berta votum emissit ingrediendi ordinem religiosum, et ordinem S. Francisci reapse ingreditur. Sed post sex menses novitiatus ex illo egreditur cum minime idonea judicata fuerit a novitarum magistra vitae religiosae. Matrimonium inire cogitans dispensationem voti petiit a suo confessario, qui negavit id posse a se fieri, et Bertam ad Sanctam Sedem remisit. Quaeritur: Utrum bene se gesserit confessarius? an Berta teneatur aliam religionem ingredi?

QUAESTIO LITURGICA

Quid praescribit Rubrica circa orationes: Suscipe sancta Trinitas, Orate, fratres, et circa orationes secretas? Quomodo manus ad eas recitandas tenendae sunt? An in eis legendis dici debeat: Dominus vobiscum, Oremus et respondere ipsi sibi debeat Amen celebrans?

In collatione V die XXIII mensis Junii.

QUAESTIO MORALIS

Tertium praeceptum quid praecipit et quid prohibet? Quae requiruntur ad Missam rite audiendam? Quae corporis praesentia et quae attentio sit necessaria ad praeceptum adimplendum?

Casus

Bernardus ad ecclesiam prerexit intentione reperiendi ibi amicum et eum alloquendi de gravi negotio suae familiae. Non reperit amicum, sed reperit sacerdotem Missam tunc incipientem, quem videns, naturali quodam instintu mansit in ecclesia usque ad finem Missae, maxime cum esset dies de pracepto. Alia vero die festo ad ecclesiam se contulit, ut Missam audiret, quae, quando ipse ingressus est, tunc incipiebat; sed videns plures peregrinos devote peragere Viae Crucis exercitium in latterali ecclesiae parte his se associavit, et mansit usque ad finem Missae et Viae-Crucis. Quaeritur: An in utroque casu praecerto Missam audiendi satisficerit?

QUAESTIO LITURGICA

Quae ceremoniae facienda ad initium Canonis? Quomodo manus extendenda, elevanda ac jungenda? Quando nomine debet nomen Papae et Episcopi? Quid Episcopus in aliena Dioecesi? Dicendum nomen Regis in Hispania?

In collatione VI die VI mensis Julii.

QUAESTIO MORALIS

Praeceptum Missae audiendae ubi adimplendum? Ex decreto Leonis XIII quae oratoria publica, quae privata, quae autem semi publica dicenda? Quae his adjungenda? Quibus licet in his omnibus praecerto satisfacere?

Casus

Calixtus, privilegio gaudens Oratorii privati, eo uitetur sive in civitate, sive ruri, ubi solet morari toto tempore autumali. Dum vero ruri moratur, ejus festum celebratur, et tunc per aliquot dies invitantur cognati et nobiles amici, qui omnes die dominica incidente, Missam in praedicto Oratorio audiunt. Ac, cum plures

sint hospites, durante die universus locus a nepotibus et hospitibus occupatur, ibique noctu quamplures dormiunt. Quaeritur: An Calixtus ruri eo privilegio uti potuerit? An omnes invitati praecepto Missae ibi satisfacere potuerint, cum non multum distet ecclesia parochialis? An denique per illas profanas actiones in Oratorio commissas peccatum patraverint?

QUAESTIO LITURGICA.

Fieri debet applicatio Missae, et quando? Quomodo haec commoratio est facienda? Potest fieri mentaliter, vel necesse est exprimere nomen offerentis? Potest celebrans in memento vivorum orare pro defunctis?

In collatione VII die XX mensis Julii.

QUAESTIO MORALIS

Quid prohibet tertium praeceptum? Quae materia sit gravis in opere die festo prohibito? Causae ob quas opera servia licite fieri possunt? Qui possunt circa haec dispensare?

Casus

Beda concionator, disserens de abstinentia ab operibus servilibus, asserit et docet, ad haec a non servilibus discernenda, attendi potissimum oportere ad laboris gratuitatem, ad laborantis intentionem, et ad defatigationem corporis. Hinc infert, non exercere opus servile eum, qui sine ulla spe lucri, recreationis causa, die festo laborat; vel qui id faciat animo otium vitandi, vel demum si ea praestet, quae levissimam defatigationem important, ut esset imagines acu pingere, typos componere, artem photographicam exercere, aliaque his similia. Quaeritur: Quaenam opera die festo prohibeantur? An recta fuerit concionatoris doctrina?

QUAESTIO LITURGICA.

Quae ceremoniae observari debent ad Communicantes, Hanc igitur et Quam oblationem circa junctionem manuum, extensionem et reliqua usque ad consecrationem?

In collatione VIII die IIII mensis Augusti

QUAESTIO MORALIS

Quartum praeceptum quod, et filiorum obligationes erga

parentes. An teneantur filii obedire parentibus in status electione, et an possit religionem amplecti contra parentum voluntatem?

*Casus*

Cesareus juvenis 21 annorum ex confessarii consilio accedit quotidie ad missam audiendam, singulis vero hebdomadis Marianam frequenter Congregationem, in qua etiam accedit ad sacramenta Poenitentiae et Eucharistiae. Operam ipse dat studio juris canonici et civilis, advocati enim professionem ex naturali inclinatione amplecti desiderat. Haec omnia displicent patri, viro ceteroquin catholico ac pio, siquidem multum timet, ne spiritualia illa exercitia noceant corporali sanitati filii; unde vellet potius, quod abstinaret a quotidiana missa audienda, eamque tantum audiret dominicis et festis diebus; itemque quod non nisi singulis mensibus ad summum accederet ad eucharistiam ratione jejunii quod saepe usque ad horam decimam protrahendum est. Item vellet quoque, ut medici potius professionem amplectatur filius, cum ipse insignis medicus sit et multos habeat clientes. Haec Cesareus candide manifestat suo confessario, qui ei respondet, ut habeat patientiam et patri obediat, quia filius in omnibus patri obedire debet. Quaeritur: An Cesareus possit pergere in suis pii exercitiis, et advocati professionem sequi? Quid de confessarii responsione sentiendum est?

*QUAESTIO LITURGICA*

Quomodo verba consecrationis proferenda? Quid intra et post consecrationem observandum est quoad hostias minores in Missa consecratas? Quomodo elevare debet Sacram Hostiam et Calicem?

*In collatione IX die XVII mensis Augusti.*

*QUAESTIO MORALIS*

Parentum obligationes erga filios. Quotplex educatio et quid unaquaeque comprehendit? Obligationes dominorum erga famulos, ac Magistrorum erga discipulos ac vicisim.

*Casus*

Casianus Theologiae Moralis studiosus gravi premitur conscientiae angustia: etenim discipulus, ait, magistro debet amorem, reverentiam, obedientiam; amorem quidem ac reverentiam erga meum habeo, obedientiam illi habere non possum, impossibile enim mihi est admittere omnes mei magistri sententias. Aliqua siquidem opinio est, in qua magister semper et multum insistit, et dogmati contraria mihi videtur: aliae vero sunt opiniones, quae mihi videntur aequa saltem probabiles ac etiam probabiliiores, quam illae, quas magister defendit, ut probabilissimas, ut saltem practice omnino tenendas. Quid ergo de Casiano dicendum? an reipsa peccaverit adversus quartum praeceputum, vel tutus sit in conscientia?

QUAESTIO LITURGICA

Quae ceremoniae observari debent a celebrante post consecrationem usque ad orationem dominicam circa manuum positionem, efformationem crucis, et reliqua<sup>2</sup> orare potest et debet in memento defunctorum etiam pro vivis?

In collatione X die VIII mensis Semetbris

QUAESTIO MORALIS

Quintum praeceptum quod, quid prohibet directe et indirecte; quid vero jubet? Suicidium estne licitum? Potest aliquando poni actos ad illud inducens? Licet reo se sistere coram judice etsi certo morte puniri beat?

*Casus*

Candida virgo pia et castitatis amantissima cum die quadam a milite ad luxuriam cogeretur, nec periculum aliter evadere posset, ex alta se projecit fenestra, et decidens super arenam, quae casu cumulata reperiebatur, incolumis permansit. Post aliquos menses ab eodem milite violenter apprehensa, constantissime renuens peccare, instantissime eum rogavit, ut vellet potius eam occidere, quam violare; et eam tunc ferox miles, ira exardencens, gladio interfecit. Quaeritur: An teneatur

virgo vitam prodere ad castitatem servandam? An  
Candida bene se gesserit in casu?

QUAESTIO LITURGICA

Quomodo manus tenendae in oratione dominica? Oculi ubi  
dirigendi a celebrante? Quomodo accipit patenam, signat, et fit  
fractio hostiae et commixtio particulae in calice?

IN COLLATIONE XI DIE XXI MENSIS SEPTEMBRIS

QUAESTIO MORALIS

Licet malefactores auctoritate publica vei privata occidere?  
Licitum est occidere injustum aggressorem vitae et membrorum?  
Quid si aggressor amens vel ebrius fuerit?

*Casus*

Leo et Petrus militum duces litem inter se movent et  
asperis verbis contendunt. Post verba ad vulnera ve-  
niunt, et primus Leo repente insignem alapam sodali  
suo infligit coram aliis conspicuis viris. Protinus Pe-  
trus incredibili dexteritate retorquet et urget argumen-  
tum, duas Leoni alapas inflingens. Hinc crescit proce-  
lla, cum ab aliis amicis duo certantes, alias ab alio se-  
parantur. Quaeritur: An liceat honorem vi defendere?  
An liceat honorem defendere etiam etiam aggressoris  
occisione? an Petrus peccaverit Leonem repercutiendo?

QUAESTIO LITURGICA

Quid faciendum ad Agnus Dei, ad Pacem dandam et in qui-  
bus missis dari potest? Quomodo recitandae orationes ante  
communionem et suumptionem hostiae et calicis cum ablutio-  
nibus?

IN COLLATIONE XII DIE V MENSIS OCTOBRIS

QUAESTIO MORALIS

Licet aliquando Tyranum occidere? Innocentes directe vel  
indirecte occidi possunt?

*Casus*

Paulinus parochus auream supellectilem et ma-  
gnam pecuniae summam ad varias pias causas perti-  
nentem domi asservabat in arca bene obserata. Hoc  
tribus furibus innotuit; quare in tempesta nocte armis

instructi aedem parochi irrumpunt, et vitam se erop-turos minantur, nisi quidquid auri et pecuniae habeat, ocius tradat. His in angustiis Paulinus furibus id omne quod requirunt etiam propriam pecuniam expromere cogitur ac tradere. E periculo eruptus, vix fures e domo egressi sunt, ad fenestram occidit tormento armatus in eos exopludit et unum accedit, alii vero fugiunt, pressam relinquunt, et sic rem totam recuperavit. Quaeritur: An liceat bona fortunae defendere ac recuperare etiam occissione latronis post factum? Quid de Paulino sentiendum?

QUAESTIO LITURGICA

An expediat S. Communionem intra Missam distribuere? Quomodo facienda tam intra quam extra Missam? An in Missis de Requiem? Ponit potest loco mapparum linearum patena vel alia res ex metallo sub mento communicantis?

IN COLLATIONE XIII DIE XIV MENSIS OCTOBRIS

QUAESTIO MORALIS

Cives ad quid tenentur erga temporalem auctoritatem? An liceat aliquando non obedire et aliquando debellare? Quaenam afferri soleant causae cessationis a labore (huelgas) et an et quando licita hujusmodi cessatio esse possit?

*Casus*

Populari facta commotione in magna quadam civitate, Princeps expellitur, et anarchia per plures hebdomadas proclamatur. Interim latrones impune furta, rapinas et homicidia committunt. Lucius autem vir prudens et honestus existinans delicta debere puniri, et omnia alia mala extirpari, ad honestos cives tutandos ac publica deficiente auctoritate, ipse sibi hoc munus assumit. Hinc cum audit vel furta vel rapinas vel homicidia ab aliquo commissa, reputans nullam aliam poenam in praesenti esse posibilem et efficacem, nisi poenam mortis, noctu ipse cum suis famulis latrones et homicidas occidit, ac res illis prospere semper succedit, ita ut ignoretur omnino a quoniam fuerint interfici. Quid dicendum de agendi ratione Lucii?

QUAESTIO LITURGICA

Distributio Communionis dari potest immediate ante vel post Missam, et cum quibus ornamenti? Benedictio communicantium quando et quomodo danda?

In collatione XIV die XVI mensis Novembris

QUAESTIO MORALIS

Abortus et partus praematurus quid? Licet illud procurare sive directe sive indirecte? Quando et poenae inprocurantes? Quid de cranotomia et aliis hujusmodi operationibus chirurgicis?

*Casus*

Gaspar medicus mulieri cuidam pharmacum prae-  
buit ad impediendam conceptionem, ut removeret gra-  
vissimum periculum mortis, quod noverat ex expe-  
rientialia illi imminere, adeoque id *unice* intendit, videli-  
cet, ipsius *salutem procurare*. Sed mulier illa praegnans  
jam effecta, in summo vitae periculo reapse consti-  
tuitur, simul cum prole, quae consecuenter sine ba-  
ptismo simul cum matre moreretur. Hinc ad salvandam  
*a morte* matrem et ad baptismum proli procurandum  
abortum arte medica opportuno tempore procurat, et  
sic mater reipsa salvatur, et proles viva egressa non-  
misi post baptismum extinguitur. Quaeritur: An recte  
egerit Gaspar in casu?

QUAESTIO LITURGICA

Quis ordo servari debet in Eucharistiae distributione? De-  
bet dari benedictio sicut in Missa vel ad communicantes versus?

---

## Oficio de la Semana Santa,

para los Párrocos que celebran los Oficios Divinos sin Mi-  
nistros Sagrados, publicado por el Presbítero Licenciado, Don  
Eustaquio Gil Gómez, Canónigo prefecto de ceremonias de la  
S. I. M. de Zaragoza.—Tercera edición.—Precio: 4 pesetas,  
encuadernado en tela.

Es libro utilísimo y verdaderamente recomendable.

De venta en la Imprenta y Librería de JIMÉNEZ.